



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dissertationes Juridico-Theologicæ De Jure, & Justitia

Karchne, Simon

Augustæ Vindelicorum ; [Graz], 1714

§. XIII. An Prælati Regulares possint subditis concedere usum, aut administratione temporalem? aut quid Religiosi facti Episcopi, aut Cardinales possint circa temporalia

urn:nbn:de:hbz:466:1-40013

lis acceptio, ergo sicut non licet expendere ita nec retinere pecuniam sine consensu successoris.

Responderet fortè Lugo ut prius esse disparitatem, quod pecuniæ retentio ex se dicat tractum successivum, secùs expositio.



§. XIII.

An Prælati Regulares possint subditis concedere usum, aut administrationem temporalium, & quid Religiosi facti Episcopi aut Cardinales possint circa temporalia.

Elucidatio hujus §. habetur infra n. 301.

§. XIV.

An Religiosus ex Licentia Prælati habens pecuniam ad usus honestos possit eam ludendo exponere? an lucrum notabile ludo perdere, aut hoc restituere ludens sine Licentia: & quid si Religiosus Societatis pro ministerijs spiritualibus accipiat stipendium, aut missam legat nomine alterius stipendiati.

52. **Q**uatuor puncta quæstio includit. Primò an possit ludo exponere. Secundò an totam lucri summam notabilem perdere. Tertio an ludens sine Licentia, aut ludo sibi vetito debeat collatori lucrum reddere. Quarto an Religiosus Societatis possit pro ministerijs spiritualibus accipere stipendium, aut pro stipendiato legere missam.

Resp. Ad primum posse pecuniam moderatam ludo exponere (nisi mos, aut Ordinis Constitutiones ludum talem ventent) nempe si Religiosus studens, &c. annuatim expendat in sui sustentationem 100. aureos, potest anno uno in usum honestum expendere quatuor aut quinque, dummodo intra id tempus in alios

usus non necessarios aliam summam non expendat Lugo n. 14.

Resp. Ad secundum cum eodem n. 145. totam summam posse perdere durante moraliter, eodem ludo, etsi species ludi mutetur, novique succedant lutores, dummodo non omnes simul mutantur, aliàs foret novus moraliter ludus; finitio autem primo ludo nequit Religiosus ludo novo perdere, nisi moderatam summam, quia absoluto moraliter ludo lucrum cessit in dominium Monasterij Sanch. c. 19. n. 84. quod esse verum in rigore juris faterur Lugo, nihilominus æquitas petit, ut lucrum hodiernum ex communi ludendi Licentia liceat

cras